



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Semita Perfectionis Purgativa, Illuminativa, Et Unitiva

Dirckinck, Johann

Coloniae Agrippinae, 1705

VD18 15298639

8. Discretio.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55242)

& sollicitudine executioni mandem: ne aliquando à prudentium cœtu exclusus, virginibus fatuis annumerer.

Aspirationes.

I. *Vtinam-saperens, & intelligerent, ac novissima providerent! Deut. 32. V. 29.*

II. *Ista est vera sapientia, (& prudentia) per contemptum mundi, tendere ad regna cœlestia. Tho. Kemp. L. 1. c. 1.*

III. *Da mihi, Domène, sedium tuarum, assidricam sapientiam, ut mecum sit, & mecum laboret; & sciam, quid acceptum sit coram Te. Sap. 9. V. 4.*

PASSUS VIII.

Discretio.

TEXTUS.

Posside sapientiam, quia auro melior est; posside prudentiam, quia pretiosior est argento. Proverb. c. 16. 16.

Cognitio.

Discretio est spiritualis prudentia; quæ in his, quæ ad interiora spiritus pertinet,

nent, vera à falsis, bona à malis, majora à minoribus bonis discernimus; & his repudiatis, illa, quæ magis conferunt, acceptamus: excessumque ac defectum in bonorum operum exercitiis devitamus.

Actus.

1. *Judicatio*, cuncta adducens in iudicium, & bona à malis segregans, nos per illicita effluere non sinit.
2. *Deliberatio*, quæ nihil inconsultè agit; nos à supervacaneis restringit.
3. *Dispositio*, quæ cuncta ordinatè operatur, & nihil confusum relinquit.
4. *Dispensatio*, quæ supervenienti occasione cedit.
5. *Moderatio*, quæ modum custodit in omnibus, & mensuram non excedit. Ita Richardus Victorinus in Psal. 14.

Consideratio.

Quàm necessaria sit in omnibus rebus spiritualibus & corporalibus discretio, liquet ex eo: I. Quoniam absque discretione, virtus in vitium degenerat. *Tolle discretionem, & virtus vitium erit.* S. Bern. serm. 49. in Cant. II. Discretio omnium virtutum modus, & ornamentum est. *Discretio omni virtuti ordinem ponit; ordo modum tribuit, & decorem etiam ac perpetuitatem.* S. Bern.

S. Bern. l. c. III. Discretio virtutum est conservatio & stabilitas. *Virtus enim cum indiscretè tenetur, amittitur; cumque discretè intermittitur, plus tenetur.* S. Gregor. l. 28. Moral. c. 12. Si igitur virtutem amas, discretionem, virtutum conservatricem amore complectere.

Petitio.

Orna me, Domine, discretionis virtute, quæ in omnibus me gubernet, ut à recto non deviem: sed eâ dirigente, in somno & vigilia; in quiete & labore; in refectio-
ne & jejunio; in locutione & silentio; in oratione, & quovis pietatis exercitio, modum, tempus, mensuram, reliquasque circumstantias observem; & neque per defectum, neque per excessum delinquam, sed medium discretè teneam, ad laudem & gloriam tuam. Amen.

Aspirationes.

I. *Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis.* Eccli. 32. 24.

II. *Ne innitaris prudentia tua.* Proverb. c. 3. Et ne quid nimis: Tolle discretionem, & virtus vitium erit.

III. Obsecro, Domine, da, ut discretum semper & rationabile sit obsequium meum.

PAS-